

AP Latin – Project Passages 2025-26

Passage 1: Augustine, *Confessiones* (*Confessions*) 1.14.23

Passage 1, Tier 1

Cum ego eram puer, ego grammaticam Graecam ōderam. Cūr ego ōderam grammaticam Graecam? Ego **fābellās** Latīnās amābam, quod Latīna fābellās pulchrās **canēbat**. Linguā Graecā canit pulchrās fābellās quasi linguā Latīnā. Cūr ego ōderam grammaticam Graecam canentem fābellās pulchrās?

Nam Homērus erat poēta **perītus**, quod poterat canere fābellās pulchrās. Homērus **dulcissimē** canēbat quasi Vergilius. Homērus erat dulcis et **vānus**, quasi poēta quem ego amābam. Tamen **mihi puerō** Homērus nōn erat dulcis. Mihi puerō Homērus nōn erat vānus. Mihi puerō Homērus erat **amārus**. Puerī Graecī autem nōn crēdunt Homērum esse amārum, quod illi linguam Graecam **nōvērunt**. Ego crēdō Vergilium esse vānum et amārum puerīs Graecīs. Ego crēdō difficile esse puerīs Graecīs discere Vergilium, quod mihi puerō difficile erat discere Homērum et grammaticam Graecam.

Cūr difficile est puerīs Graecīs discere Vergilium? Ego cōgor discere Homērum; ergō, Homērus mihi puerō amārus erat. Vergilius est difficilis et amārus puerīs Graecīs quod illi puerī **cōguntur** Vergilium discere. Difficile est linguam **peregrīnam** discere. Nārratiōnēs Graecae sunt pulchrae et fābulōsae, sed haec difficultās **aspergēbat** omnēs suāvitātēs. Difficultās discendī linguam est amāra sicut **fellis**. Illa difficultās omnia dulcia felle aspergēbat.

fābellās: tale, fables, stories**canēbat**: was singing**perītus**: skilled, accomplished**dulcissimē**: very sweetly**vānus**: vain, empty, frivolous**mihi puerō**: to me (when I was) a boy**amārus**: bitter**nōvērunt**: knew, understood**cōguntur**: are forced, are compelled**peregrīnam**: foreign**aspergēbat**: defiled, sprinkled (with something)**fellis**: gall, bitterness, bile

Dum ego Homērum legēbam, ego nūlla verba nōveram. Ergō, difficile erat mihi Homērum legere. Quōmodo ego Homērum lēgō, cum nūlla verba nōveram?

Instābātur mihi Homērum discere. Vehementer instābātur mihi. Quōmodo magister cōgēbat mē discere Homērum? **Ūsus est saevīs** terrōribus. Ūsus est **poenīs** saevīs. Instābātur mihi terrōribus et poenīs saevīs ut ego nōveram Graecam.

Ego autem Latīnam nōveram. Ego nōn didicī Latīnam terrōribus et poenīs saevīs. Ego infāns didicī Latīnam! Nam **aliquandō** cum ego eram infāns, ego nūlla Latīna nōveram. Ego autem omnia **advertī**. Ego Latīnam **advertendō** didicī.

Ego infāns didicī sine terrōre et **metū**. Ego didicī sine poenō et **cruciātū**. Quōmodo ego didicī advertendō sine metū et cruciātū? Quis erat magister mihi infantī?

Nūtrix erat magistra mihi infantī. Inter **blandimenta** nūtrīcum ego Latīnam didicī. Ego infāns amīcōs habēbam, et ego cum amīcīs laetus **lūdēbam**. Inter blandimenta et **ioca** amīcōrum ego Latīnam didicī. Ego **ita** Latīnam didicī sine poenā. Ego ita Latīnam didicī sine magistrō mē urgentī. Cum ego eram puer, eram **liber**, et cūriōsitātem habēbam. Cum ego Latīnam discēbam, **necessitātem** et poenās nōn habēbam. Cūriōsitās magnam **vim** habet. Cūriōsitās habet maiōrem vim quam necessitātem.

instābātur: it was demanded (of me)

ūsus est: used, made use of

saevīs: savage, fierce

poenīs: punishments

aliquandō: once, at some time

advertī: I noticed

advertendō: by noticing

metū: fear

cruciātū: torture

nūtrix: nurse

blandimenta: flattery, chatter

lūdēbam: I was playing

ioca: jokes

ita: in this way, thus

liber: free

necessitātem: necessity, obligation

vim: force, power

Passage 1, Tier 2

Cūr ergō [ego] ōderam Graecam etiam grammaticam
tālia cantantem?

Nam et Homērus perītus **texere tālēs** fābellās et
[Homerus] est dulcissimē vānus,
tamen [Homerus] amārus erat mihi puerō.

Crēdō etiam ita Vergilius **sit** [vanus et amarus]
Graecīs puerīs,
cum [Graeci pueri] cōguntur eum [Vergilium] **sic**
discere
ut ego [**cōgēbar** discere] illum [Homerum].

Vidēlicet difficultās,
(difficultās **omnīnō** ēdiscendae linguae peregrīnae)
[haec difficultās] aspergēbat omnēs suāvitātēs
Graecās fābulōsārum nārrātiōnum
quasi felle.

[Ego] nūlla **enim** verba illa nōveram,
et [ediscere linguam Graecam] instābātur mihi
vehementer
et saevīs terrōribus **ac** poenīs
ut [ego linguam Graecam] nōssem.

Nam et aliquandō [ego] infāns **utique** nūlla Latīna
nōveram,
et tamen [ego] advertendō didicī
sine **ūllō** metū atque cruciātū,
inter etiam blandimenta nūtrīcum
et ioca [eorum] **adridentium**
et **laetitiās** [eorum] **adludentium**.

[Ego] illa [verba Latina] didicī
vērō sine **poenālī onere** [magistrorum] urgentium.
Hinc satis **ēlūcet** liberam cūriōsitātem habēre
maiōrem vim ad discenda **ista** quam **meticulōsam**
necessitātem.

tālia: such things

texere: to weave together
tālēs: such....

sit: may be
sic: in this way
ut: as

cōgēbar: I was being forced

vidēlicet: clearly

omnīnō: wholly, completely

Graecās... nārrātiōnum: of
fabulous Greek narrations
(though *Graecās*
grammatically agrees with
suāvitātēs)
enim: indeed, truly

vehementer: vehemently,
fiercely

utique: certainly

ūllō: any

adridentium: (of those)
smiling
adludentium: (of those) joking

poenālī onere: the burden of
punishment

ēlūcet: it is clear
ista: those things
meticulōsam: fearful, timid

Passage 1, Tier 3

1 Cūr ergō Graecam etiam grammaticam ōderam tālia
2 cantantem? Nam et Homērus perītus texere tālēs fābellās
3 et dulcissimē vānus est, mihi tamen amārus erat puerō.
4 Crēdō etiam Graecīs puerīs Vergilius ita sit, cum eum sīc
5 discere cōguntur ut ego illum. Vidēlicet difficultās,
6 difficultās omnīnō ēdiscendae linguae peregrīnae, quasi felle
7 aspergēbat omnēs suāvitātēs Graecās fābulōsārum
8 nārrātiōnum. Nūlla enim verba illa nōveram, et saevīs
9 terrōribus ac poenīs ut nōssem īnstābātur mihi vehementer.
10 Nam et Latīna aliquandō infāns utique nūlla nōveram, et
11 tamen advertendō didicī sine ūllō metū atque cruciātū, inter
12 etiam blandīmenta nūtrīcum et ioca adrīdentium et laetitiās
13 adlūdentium. Didicī vērō illa sine poenālī onere urgentium.
14 Hinc satis ēlūcet maiōrem habēre vim ad discenda ista
15 liberam cūriōsitātem quam meticulōsam necessitātem.